



Matheus Langius in Suevia natus & educatus fuit. Hic felici ingenio pre&ditus literis operam dedit, & in virum maximum apud Germanos evasit. Erat enim multis virtutibus et singulari dexteritate in rebus perfic&dis pr&editus. Itaque Maximilianus C&esar eum plurimum dilexit, in consilium asciuit, atque res maximas, praesertim in Italia, expedire iussit. Postea quoque apud Iulium pontificem effecit, ut is anno 1513 cardinalis crearetur. Cum etiam Leonhardus Archiepiscopus Salisburgensis uita functus esset, Matheus hic anno 1519 substiturus fuit. In eo loco magna autoritate per 21 annos presul, atque Carolo Cesari & Ferdinando regi gratissimus extitit. Nam 19 anno, cum Electores Franckoforti conuenissent, Caroli legatus existens, pro eo Imperium petijt & impetravit. Sequenti etiam anno Aquisgranii coronationi interfuit, & in primo congressu Electoribus C&esaris nomine gratias egit. Eam autoritatem postea conseruauit, & in comitijs quae uoluit impetravit. Erat Matheus procero corpore & facie honesta uerum inculta insignis. Cum autem laboribus & annis exhaustus esset, tandem 1540 obiit, atque Salisburgi in cathedrali Ecclesia ante chorum sepultus fuit, iuxta Vuichardum a Polnheim, qui & ipse Archipr&esul anno 1315 ibidem collocatus erat, cum hac monumenti inscriptione, quam ipse 1565 Salisburgi existens legi, & huc ascripsit.